

tionis fructuum Canonicatus susceptæ per Pensionarium, quia confectus, & ordinatus fuit ad finem divertium, & semper recurrit quod cum agatur de re transacta per Datariam, non Mercatorum stylus, sed Datarie spectari debet.

Ex pluribus circumstantiis, & adminiculis, quorum primum est, quod Pensio per omnes Titulares soluta fuit videlicet ab anno 1637. usque ad annum 1638. per Dominicum, ab anno 1638. usque ad annum 1689. per Georgium, & ab anno 1689. usque in præsens per Joannem Paulum modernum colligantem; huiusmodi enim solutiones per tantum temporis spatium continuatæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris, ut in specie advertit Rota dec. 186. n. 16. & dec. 213. n. 23. p. 6. recent. dec. 245. n. 6. ibique Adde. n. 14. cor. Gregor. dec. 867. n. 5. cor. Merlin. 5. cor. Merlin. dec. 542. n. 8. cor. Du. noz. Jun. & dec. 183. n. 16. cor. Cerro. Non obstantibus, quod dicantur non fuisse pacificæ, quia ab anno 1637. usque ad annum 1638. de lite, seu alias interruptione solutionum non constat, & ab anno 1638. licet aliquis intercesserit usque ad annum 1679. ea tamen potius in oppositum retorquetur, & auget præsumptionem præfatam, animadvertendo, quod tunc Titularis assumpti sibi onus justificandi deficientiam valoris, & tamen nihil nunquam deinceps justificare valuit, & Pensionem persolvit usque ad obitum, licet redditus ab anno 1653. superenti contagii diminuti fuissent; Secundum, quod concurrunt aliæ narrativæ valoris in ducatis auri Cameræ 3500. in provisionibus tam Titularium Antecessorum, quam etiam modernorum, quæ est factæ per non excessum deserunt tamen ad comprobationem narrativæ valoris etiam per ascensum, cum talis præsumatur Beneficii valor qualis fuit expressus, ut dixit Rota dec. 62. n. 18. & 19. p. 10. recent. & in proximis terminis nuper in *Ferrariæ Cappellanie* 10. Martii 1693. *S. missificor. R. P. D. mo. Desino*. Tertium denique fundamentum in depositionibus Testium ultimo loco, servatis servandis examinatorum, testantium de communi voce, & publica fama Canonicatum esse pinguiorem omnibus aliis Ecclesiæ Cathedralis, ac etiam de auditu à Dominico primo Titulari eius redditum circa tempus reservationis pensionis ascendisse ad libras 18000. qui quidem Testes de auditu à Titulari, ejusque confessione multum ad hunc effectum sunt attendendi, ut notat Rota dec. 293. n. 1. vers. *sum etiam part. 1. divers. dec. 294. n. 19. par. 7. & dec. 62. num. 15. par. 10. res.*

Nec urgent circumstantiæ, & adminicula in contrarium ponderata, nam ex duobus Testibus ad instantiam Georgii II. Titularis examinati dependentibus de valore Canonicatus in libris 9000. Primus tamquam profitens se na-

tum in Villa Sanlur, & in eadem versatum, ejusque Caratum, ac Decimarum Collectorem, ibi *E cio dice il Testimonio* (seperlo di vera scienza per esser informato della quantità delle sudette Decime, e del valore de fructi per essere della medesima Villa di Sanlur, e perche è stato Curato in essa per haver collettato dette Decime, e per essere cosa pubblica, e notoria &c. vel videtur intelligendus de quantitate Decimarum ejusdem Ville, prout etiam redditur verisimile per spectus depositionibus aliorum Testium, quorum mox meminimus, de valore Canonicatus in libris 18000. vel certe nihil concludit quoad Decimas alterius Villæ Sor, super quibus nullam reddidit causam scientiæ: Et secundum dignoscitur aperte mendax in eo, quod dicit se ratiocinatorum Capituli pro quibus Decimas quotidianas ab anno 1637. reddidisse libras 335. singulis annis &c. quoniam satis constat nullum ex quibus Decimarum, de quibus agitur spectare ad Capitulum, & distributiones quotidianas ascendisse, ut præmissus ad annus libras 464. Et ambo tolluntur ex eo, quod is non attentis Georgius postmodum acquievit, & in solutione Pensionis continuavit usque ad obitum; Locationes regulariter non probant valorem eoque minus ubi (prout hic) non asseruntur Instrumenta desuper stipulata, ex quibus percipi valeat cum quibus patris inite fuerint, & an comprehendant omnes fructus, vel potius certas eorum species, sed simplex diminuta fides Notarii super eorum existentia, quæ nec facit adminiculum, Rota dec. 116. num. 2. p. 2. divers. dec. 22. num. 10. p. 7. & dec. 263. n. 4. p. 19. recent. Et demum, quod Pensionarius ex administratione fructuum Canonicatus per ipsum assumpta Creditor superexisterit non meretur animadversionem, sive quia non probatur omnes fructus fuisse Pensionario cessos, vel per ipsum exactos, sive quia fructus diminui valuerunt, prout in effectu diminuti dicuntur ex causa contagii, sive tandem quia de tempore susceptæ administrationis Pensionarius Creditor remanebat pro terminis decursis.

Et in univèrsum facilis hæc omnia recipienda visa sunt Dominis, quoniam anno demum 1668. Pensionarius assumpsit onus probandi valorem, & sic non solum post triginta annos, & ultra à die reservationis Pensionis, verum etiam post intermedium contagium in Regno Sardinie, quo verisimiliter perierunt homines, & scripturæ, quibus manifestior fieri posset probatio valoris, in his quippe terminis mitius agendum cum Pensionario benigniusque tractandæ, ac dicendiendæ sunt ejus probationes ad tradita per *Cyr. conty. 62. n. 33. & 34. Rot. dec. 277. n. 5. cor. Greg. & dec. 695. n. 4. cor. Merl.* Et ita decisum fuit utraque &c.

Finis Decisionum Libri XIII.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES

RECENTISSIMÆ.

DECISIVOS DISCURSUS

CARDINALIS DE LUCA

In præstantissimo ipsius

THEATRO VERITATIS ET JUSTITIÆ

Amplectentes, confirmantes, laudantes, &c.

SUPER MATERIA

DE REGULARIBUS,

MATRIMONIO, DECIMIS, &c.

LIBER XIV.

A R G U M E N T A D E C I S I O N U M D E R E G U L A R I B U S , M A T R I M O N I O , & c .

DECISIO I. Romana Legato.
AN Religiosus ingrediens ob culpam in aliam religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & Jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in Secunda religione in exclusionem primæ transferantur habetur in *Disc. XXXIX. Card. de Luca de Regular.* qui licet quoad patrimonialia favore secundæ Religionis annuat adhuc contrarium verius esse in præsentis decisione notatur. Patres Theatini esse bonorum capaces quoque firmatur.

DECISIO II. Mediolanen. nullitatis Professionis.
Dubitabatur inter Doctores an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa censeretur emisisse novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitatem præcedentis professionis expressæ ignoraverit: negativam tamen sententiam probavit Card. de Luca. *de Regul. Disc. XL. cum aliis sequentibus*, illamque tanquam veriore hanc decisio sequitur.

DECISIO III. Trentina fabricæ.
Agitur in hac decisione de articulo, an Regulares possint impedire fabricam Monialibus que ipsi sit præjudicialis, pluraque notabilia traduntur concernentia firmata in *Disc. LXVIII. de Regular. Card. de Luca.*

DECISIO IV. Toletana Nivis.
Privilegiis, & Ordinationibus Principum Laicorum quod Regulares aliæque Personæ Ecclesiasticæ non ligentur pluribus in locis probat Card. de Luca. *de Regular. & licet huiusmodi conclusio limitetur quando ordinario emanata fuit ratione publici boni, artamen intelligitur illud quod aliis absque subiectione clericorum obtineri non possit. Negotiationes Regularibus prohibite sunt, ea tamen quæ superflue vendere possunt, dummodo sint res quæ cum dispendio ad eorum manus perventæ fuerunt.*

DECISIO V. Romana Matrimonii.
Magistralis est decisio super articulo quinam Testes exigantur ad probationem matrimonii, an pro eliciendo consensu Mulieris sufficiant natus vel certa, & præcisa forma sit præscripta, & demum an matrimonium sit validum si Parochus verba non audiverit, ut quia aufugit à sponso præsentia ad ornatum *Disc. II. Card. de Luca. de Matrim. & Disc. in Adnot. ad Concil.*

DECISIO VI. Lunen. Sarzanen. Sponsalium.
Pares traduntur limitationes in hac decisione adversus regulam notatam per Card. de Luca. *de Matrim. Disc. VII.* quod scilicet ex sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis subsequens dirimens matrimonium; traditur inquam quod hæc regula non procedat si de sponsalibus clarè & indubitanter non constet, si Mulier sponsum semel in libertate posuerit, & demum si possit de odio inter sponso dubitari.

DECISIO VII. Monasterien. Matrimonii.
Quod promissio matrimonii adimplenda sit habetur apud Card. de Luca. *de Matrim. Disc. XVII.* & in præsentis decisione notatur. Promissio matrimonii præsumitur in desolatione Mulieris nobilis.

DECISIO VIII. Monasterien. Matrimonii.
Decisa in decisione superius notata laudantur.

DECISIO IX. Perusina Matrimonii.
An verba *volo, sono contenta* iuncta infinitivo, & prolata ad interrogationem Parochi probent matrimonium fuisse contractum per verba de præsentis, seu potius de futuro optime in hac decisione deciditur.

DECISIO X. Romana Dissolutionis Matrimonii.
Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum; probatio impotentia potest dari triplici modo, ex signis evidenteribus, ex verisimilibus, & ex dubiis, primo casu statim dissolvitur matrimonium, secundo casu fit pariter statim dissolutio sed exigi-

ter Jumentum Conjugum septima manu Propinquorum, in tertio verò casu requiritur ulterius triennis cohabitatio, quando autem hæc incipiat, & quando triennis præscribenda non sit, in his duabus Decisionibus firmatur ad ornatum *Disc. IX. Cardin. de Luca. de Matrimon.*

DECISIO XI. Romana Dissolutionis Matrimonii.
Hujus magistralis, & comendanda decisionis Argumentum in præcedenti reperitur.

DECISIO XII. Romana Separationis Thori.

Approbat hæc Decisio theoreticam Card. de Luca. *de Matrim. Disc. XI. & Disc. XVII.* quod nempe pendente iudicio super separatione Thori ob sevitiam non sit manutendus vir in possessione obsequiorum conjugum adversus uxorem si ista in iudicio paraverit probationes, licet ineptè dignoscantur pro thori separatione. Multi actus qui in decisione enucleantur insufficientes declarantur ad probandam sevitiam in viro.

DEC. XIII. Romana Separationis Thori.

Est Decisio præcedentis confirmatoria.

DEC. XIV. Calaguritana Decimarum.

Quoties in Diocesi Parochie non sunt distincte Parochus universalis est Episcopus qui habet jus decimandi iuxta tradita per Card. de Luca. *de Decim. Disc. I. & decimarum quota ipsi debita debet ab omni onere esse immunis; exerceat actualem curam animarum adversus Episcopum Parochum universalem non possunt allegare præscriptionem cum ipsi pro Episcopo possident.*

DECISIO XV. Calaguritana Decimarum de Quintana, & Pascuiniana.

Est decisio antecedentis confirmatoria.

DEC. XVI. Calaguritana Decimarum de Agular.

Agitur de eadem materia quæ tractatur in decisione superius extensa, & ulterius habetur quod Jus decimandi, quod habet Episcopus competit etiam super bonis assignatis pro opere pio.

DEC. XVII. Calaguritana Decimarum de Nalda.

Nil firmatur quod traditum non sit in præcedenti decisione.

DEC. XVIII. Calaguritana Decimarum de Inestrillis.

Quæ in antecedentibus decisionibus firmata fuerant hic quoque firmantur.

DEC. XIX. Nullus Tudellæ seu Tirafonen. Decimarum.

Laudatur distinctio quam enucleat Card. de Luca. *de Decim. Disc. XVII.* quod scilicet si prætendatur præscribi Jus decimandi in substantia immemorabilis requiratur, si verò prætendatur allegari præscriptio super modo & quantitate decimandi sufficiat quadragenaria.

DEC. XX. Terraconen. Præposituræ.

Enucleatur methodus præscripta a Sacro Concilio Tridentino, & adnotata à Card. de Luca. in illius *Disc. XII.* ad Annot. ad S. Concil. Trident. ut Parochus non ob residentiam privari possit Parochialis præbendæ, & firmatur quod *conciliaris dispositio in cap. 1. sess. 23. de reform.* servanda sit in Parochialibus, quodque tempus licentia obtentæ à non residendo incipiat à die illius præsentationis non autem à die concessionis.

DEC. XXI. Calaguritana Frustrum.

Canonicus habens cum dispensatione Apostolica dignitatem, si recedat cum licentia à servitio ex causa liti promotæ super dignitate, lucratur nedum fructus ipsius dignitatis, sed etiam Canonicatus ad ornatum *Disc. XI. Card. de Luca. in Annot. ad Sac. Concil. Triad.*

DEC.

DEC. XXII. Calaguritana Frustrum.
Approbantur superius decisa.
DEC. XXIII. Calaguritana Frustrum.
Laudantur ea quæ in duabus præcedentibus decisionibus notantur.
DEC. XXIV. Calaguritana Frustrum.
Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

DECISIO XXV. Calaguritana Frustrum.

Pro Argumento est recurrendum ad *Dec. XXI.* cum in hac decis. eadem quæ ibi firmantur tradita sint.
DEC. XXVI. Calaguritana Frustrum.
Pertractatur de eadem materia aliarum decisionum superius adnotatarum.

I N D E X D E C I S I O N U M S U P E R M A T E R I A D E R E G U L A R I B U S , M A T R I M O N I O , D E C I M I S , & c .

C

Calaguritana Decimarum 23. *Januarii* 1694. *Molines* Dec. XIV.

Eadem 17. *Februarii* 1697. eodem Dec. XV.

Calaguritana Decimarum de Agullar 16. *Januarii* 1697. *Molines* Dec. XVI.

Calaguritana Decimarum de Nalda 30. *Januarii* 1697. *Molines* Dec. XVII.

Calaguritana Decimarum de Inestrillis 12. *Martii* 1697. *Molines* Dec. XVIII.

Calaguritana fructuum 5. *Decembris* 1691. *Benincasa* Dec. XXI.

Eadem 20. *Junii* 1692. eodem Dec. XXII.

Eadem 1. *Julii* 1693. *Priolo* Dec. XXIII.

Eadem 8. *Febr.* 1694. eodem Dec. XXIV.

Eadem 21. *Februarii* 1695. *Muro* Dec. XXV.

Eadem 27. *Februarii* 1696. eodem Dec. XXVI.

L

Lunen. seu Sarzanen. Sponsalium 28. *Junii* 1694. *Pio* Dec. VI.

M

Mediolanen. nullitatis Professionis 30. *Martii* 1690. *Emerix* Dec. II.

Monasterien. Matrimonii 27. *Junii* 1696. *Caprara* Dec. VII.

Eadem 5. *Decembris* 1696. eodem Dec. VIII.

N

Nullius seu Tirfonen. Decimarum 1. *Julii* 1697. *Caprara* Dec. XIX.

P

Perusina matrimonii 15. *Martii* 1688. *Herouult.* Dec. IX.

R

Romana Legati 1. *Julii* 1695. *Caprara* Dec. I.

Romana dissolutionis matrimonii 25. *Junii* 1685. *Paulutio* Dec. X.

Eadem 23. *Januarii* 1686. *Ursino* Dec. XI.

Romana Matrimonii 4. *Februarii* 1697. *Ursino* Dec. V.

Romana separationis thori 9. *Septembris* 1697. *Olimo* Dec. XII.

Eadem 5. *Martii* 1698. eodem Dec. XIII.

T

Trentina fabricæ 25. *Junii* 1694. *Pio* Dec. III.

Terracohen. Præposituræ 27. *Januarii* 1698. *Muro* Dec. XX.

Toletana Nivis 27. *Junii* 1696. *Priolo* Dec. IV.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ
SUPER MATERIA
DE REGULARIBUS,
MATRIMONIO, DECIMIS, &c.
LIBER XIV.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Legati.

Ven. 1. Julii 1695.

ARGUMENTUM.

An Religiosus ingrediens ob culpam in aliam religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & Jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in secunda Religione in exclusionem primæ transferantur habeatur in Diss. XXXIX. Card. de Luca de Regular. qui licet quoad patrimonialia fore secundæ Religionis annuat adhuc contrarium verius esse in præsentî decisione notatur. Patres Theatini esse bonorum capaces quoque firmatur.

SUMMARIUM.

- 1 **A**liquæ lesione non datur restitutio in integrum. Regulari exceptis Capucinis, & Minoritis sunt bonorum capaces.
- 3 Theatini ex Constitutione Clementis Decimi declarantur bonorum capaces, & eadem Constitutio comprehendit dispositiones, & legata præcedentia facta cum procedat per viam declarationis.
- 4 Legatum relictum non intuitu Religionis, sed Professus per istius discessum a Religione ipsi religioni minime debetur.
- 5 Secus tamen si extiterit contemplata Religione.
- 6 Et eo casu si voluntas sit clara non attenduntur conjecturæ, & inductiones in contrarium.
- 7 Legatum relictum a Religione intuitu Religionis si Professus ex propria culpa transiit fecerit ad aliam religionem debetur primo Monasterio quod per d. transiit non remanet de legato privatum.
- 8 Et procedit conclusio etiam quoad bona patrimonialia Professus.

DECISIO I.

Dixerunt DD. constare de re iudicata, quia validitas sententiarum non controvertitur, & iustitia liquet ex decisionibus in secunda, & tertia instantia emanatis 12. Junii 1690. & 4. Julii, & 24. Novembris 1692. coram R. P. D. meo Priolo, & 27. Novemb. 1693. coram R. P. D. meo Ursino, in quibus cum clarè appareat deberi controversum legatum PP. Theatinis S. Silvestri, cessat lesio, quo aditum præbeat in integrum restitutioni, ut alias dixit Rot. dec. 251. n. 1. p. 5. & dec. 90. n. 3. p. 10 & dec. 53. n. 4. p. 17. rec.
Non obstant tria, quæ iterum hodie repetuntur ab Informantibus pro Sororibus de Ceulis. Non inquam primum

desumptum ab asserta incapacitate PP. Theatinorum acquirendi legatum. Quoniam illa excluditur, nedum ex eo, quod exceptis Capucinis, & Minoritis, omnes regulares declarantur bonorum capaces, per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 3. verum etiam ex speciali Constitutione Clem. X. quoad PP. Theatinos Actores, quæ ut procedens per viam declarationis comprehendit etiam legata, & dispositiones præcedentia facta, Felin. in cap. final. n. 4. de Confit. & ibi Dec. n. 13. Menoch. conf. 79. n. 8. Cyriac. contr. 220. n. 7. & segg. Federic. de Sen. conf. 113. n. 2. Rota coram Duoz. Sen. dec. 173. n. 3. & coram Duoz. Aui. dec. 830. n. 13. & segg. Et in rec. 216. n. 5. p. 8.

Minus adverteatur alterum, quod scilicet legatum relictum fuerit PP. non intuitu Religionis, sed intuitu Franciscici Mariæ in ea professi per cuius discessum amplius non debeat, quia contrarium resultat ex dispositione Testatrix dum voluit legatum esse omninè de d. PP. di S. Silvestro, ejusque dispositionem contulit per mortem Franciscici Mariæ, eoque ante Matris obitum præmoriante adhuc legatum solvi iusserit in summa fecit. 1000. in quibus profecto casibus contemplata dici nequit persona filii, sed PP. & Religionis, ut respondit Innoc. III. in cap. requisisti. ibi, Secus si exprimat, quod voluit esse illud tantum Ecclesie, de Testam.

Hinc parum relevant conjecturæ in oppositum cumulatæ, & signantur desumptæ ex eo, quod disponens fecerit legatum PP. per ratione d. Institutione, & in oen. altro miglior modo, che di ragione puole, & deve, lesa ali PP. quasi dicatur contemplatis personam filii, cui soli relictum titulo Institutionis conveniebat. Etenim cum Testator expressè declaravit legatum omnino debere esse eorumdem PP. non est querendum, quibus verbis illud conceperit; nec recurrendum ad conjecturas, sed ipsa expressa voluntas, & dispositio Testatrix attendi debet, & subdit Text. in d. c. requisisti. ibi. In quocumque servanda est dispositio Testatoris, de Testam. & plene exorat Mant. de consuet. ultim. volunt. lib. 12. tit. 17. n. 2. & 3. & magis in specie n. 30. vers. sed intelligendum est, & latius respondent Deciones Casus.

Non relevat denique Tertium, quod nempe in omnem casum legatum debeatur Religioni S. Spiritus, ad quam Franciscicus Maria filius transiit, quia cum transiit ad secundam Religionem, & profectio in ea emissã venit ex culpa ejusdem Franciscici Mariæ ex delicto Apostasie per ipsum incurso, Primum Monasterium privari non debet. Jure legati jam sibi quæsit de tempore transiitionis, Covar. in 7. c. 1. de Testam. sub n. 19. 20. & segg. Pontan. dec. 227. n. 1. & segg. & per tot. Capon. diss. 22. n. 28. Gob. consuet. 13. n. 38. & segg. quidquid quoad patrimonialia dixerit Card. de Luca diss. 38. de Regular. cum contra ipsum stent resolutiones Sac. Congregationis Concilii, & Episcoporum, & Regularium cum approbatione Pontificia relatæ per Modern. Salentin. Consult. Canon. 432. n. 8. & 11. per tot. iusta impressi. Vener. quod multo magis admittent. in præsentî, ubi legatum debitum est ipsi PP. ex voluntate Testatrix.

Et ita remissivè quoad relicta ad præteritis Decisiones resoluta fuit, utraque Parte informante.

REVE-

R. P. D. EMERIX DECANO.

Mediolanen. Nullitatis Professionis.

Ven. 3. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Dubitabatur inter Doctores an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa ceterum emittente novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitate præcedentis professionis expressæ ignoraverit: negativam tamen sententiam probavit Card. de Luca. de Regul. Diss. XL. cum aliis sequentibus illamque tanquam veniorem hæc decisio sequitur.

SUMMARIUM.

- 1 **P**rofessiones emittæ ante decimum sextum completum annum ex dispositione Sacri Conc. Tridentini irritantur.
- 2 Irritatio Professionis conceditur non obstante acquiescentia per quinquennium quoties obrita fuit restitutio in integrum.
- 3 Monachus si per annum retinuerit habitum ac fecerit contra alios adus ad Professum spectantes censeatur emittente novam tacitam professionem seu ratificationem que obligat permanere in Religione licet ignoraverit nullitatem præcedentis professionis expressæ.
- 4 Contrarium est verius quoties ex parte Monachi concurrat iusta, & probabilis ignorantia nullitatis præcedentis ejus professionis, & n. 13. 14. & 15. ac 19.
- 5 Declaratur resolutio nec Sac. Congreg. Concilii n. 20.
- 6 Ea, que lex non dicit, nec nos dicere debemus.
- 7 Ad inducendam tacitam professionem seu ratificationem exigitur consensus Professantis.
- 8 Et consensus debet esse omnino certus, & liber.
- 9 Voluntas non fertur ad incognitum.
- 10 Nil magis adverteatur consensus quam ignorantia, vel error.
- 11 Professus presumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli de quo constat.
- 12 Ubi requiritur expressum frustra inducitur tacitum.
- 16 Ut professio ratificata censeatur per necesse requiritur voluntas.
- 17 Traditur diversitas inter adum credendi professionem validum, & tanquam talem exequendi, & adum professandi, seu ratificandi de novo professionem nullam.
- 18 Ad inducendam tacitam professionem seu ratificationem exoptatur novus consensus, & nova voluntas nec suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis.
- 21 Professio relicta præcipue consistit in susceptione Sacrorum ordinum.
- 22 Professio tacita excluditur ex quibuscumque actibus seu declarationibus editis in contrarium.
- 23 Ad evitandam singularitatem debent dici Testium uniri & concitari.
- 24 Testis unicus probat se ius didum si administratum.

DECISIO II.

Pater Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in seculo nuncupatus, qui, licet natus die 7. Martii 1662. nihilominus in libro Baptismatum ex in curia Parochi descriptus fuit natus sub die 7. Martii 1662. & cum fide Baptismatis, desumpta ex hac errore descriptione, tanquam existens supra decimum sextum suæ ætatis annum; sub die 13. Martii 1678. Professionem Regularem emittit in Congregatione Olivetanæ. Comperto, occasione perquirendi novam fidem Baptismatis ad effectum suscipiendi Ordines, anno 1684. hujusmodi errore, prævia licentia Patris Generalis instituitur iudicium super nullitate sue Professionis coram Vicario Generali Eminentiissimi tunc temporis Archiepiscopi Mediolanen. & Superioris Ordinis, obtinuitque sententiam favorabilem, in cuius sequelam discessit & Clausuris, ac publicè, & palam gestare cepit habitum secularum. Verum declarata fuit, utraque Parte informante.

ta Causa in gradu appellationis, sive recursus ad Sac. Congregationem Eminentiissimorum Sacri Concilii Tridentini Interpretum, Eminentiissimi PP. animadvertentes, quod ipse per spatium quinque annorum, & ultra post emissam expressè professionem in Religione permanerat, quodque per consequens ex Decreto ejusdem Concilii sess. 25. de Regul. cap. 19. admitti non poterunt ad reclamandum contra illam, non obtenta prius restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, circumscripturam præfatam sententiam, ulteriusque injunxerunt Ordinario, ut eum juris remediis cogeret ad redeundum ad Monasterium, & ac reassumendum habitum Regularem. Reassumptum itaque per ipsum, ea qua decuit promptitudine, habitu Monastico, propolita fuit in eadem Sacra Congregatione Causa super restitutione in integrum, & sub die 10. Martii 1687. recedendo à geminis contrariis resolutionibus rescriptum decernendam illi restitutionem, deinde per speciale Breve fa. mem. Innocentii XI. confirmatam, hæc tamen lege, quod Causa super nullitate Professionis discuti deberet in ipsam Sacra Congregatione. Cum autem assumpta per Eminentiissimos Patres hujusmodi discussione, sub die 10. Aprilis 1688. responsum fuerit *Conferre nullitate, & referendum Sanctissimo*, ac relatione facta Sanctissimo, deque illius præcepto repropolita Causa sub die 30. Aprilis 1689. sigillatim vocatis omnibus ejusdem Sacre Congregationis Cardinalibus, nulla ob scissuram votorum capi poterit resolutio, in hoc rerum statu placuit Sanctissimo D. Nostro Papæ Alessandro VIII. ob gravitatem ipsius, & exemplaritatem materiz, mandare Eminentiissimo Sacre Congregationis Præfecto, ut desuper exquireret Votum totius Rotæ; Undè communicato mihi de more mandato Sanctissimi, propolito hodie Dubium *An consensus de nullitate Professionis?* Et Domini maturè discussis fundamentis, hinc inde deductis, affirmativè responderunt.

Nullitas enim Professionis resultat ex serie facti superioris beneficii, juxta quam constat, quod Joannes Thomas natus die 7. Martii 1663. cum erronea fide Baptismatis, putans se natum die 7. Martii 1662. professionem emittit sub die 13. Martii 1678. & sic in ætate quinquenni annorum, & puerorum dierum contra Decretum Sac. Concilii Tridentini sess. 25. de Regular. cap. 15. disponens, quod nemo admittatur ad Regularem Professionem sciendum, non completo decimo sexto ætatis anno, ac declarans nullas, & irritans quascumque Professiones antè præcitas, ut plenè notat Barbol. ibidem num. 1. & de potest. Episcop. allegat. 100. nu. 3. & segg. Navarr. conf. 23. num. 1. de Regular. lib. 3. Adde. ad Pamphil. dec. 552. num. 8. Nec hodie amplius agendum de quinquennali perverantia, seu acquiescentia Monachi in Religione, stante præfata restitutione in integrum, per quam ipse repositus fuit eo statu, in quo futurus fuisset, quinquennio non fuisset elapsum, ut tradit Adde. ad Bellarm. in not. ad Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19. Rot. decisi. 705. nu. 6. in fin. par. 2. recent. & decisi. 5. num. 23. coram Arguelles.

Non obstat igitur unicum obiectum, in quo versatur tota vis hodiernæ disputationis, quod videlicet Monachus per annalem gestationem habitus indilincti, & exercitium actuum ad Professum spectantium, censeatur emittente novam tacitam professionem, seu ratificationem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, tamen illas ignoraverit nullitatem præcedentis Professionis expressæ, ut latissimè tradit Fagnanus in cap. significatum ex num. 19. usque ad finem de Regular. & tenent Spad. conf. 94. lib. 3. Barbol. de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 104. num. 19. Ventrigl. tom. 1. annos. 47. §. unico nu. 30. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 63. num. 3. Dian. resol. moral. part. 6. tract. 7. resol. 56. in fine, Hurtad. de resid. tom. 2. lib. 2. sub resol. 5. num. 43. Pignatell. consult. Canon. 88. num. 5. & consult. 146. num. 53. lib. 1. Panimoll. decisi. 29. adnot. 3. num. 3. Adde. ad Rot. decisi. 179. num. 8. par. 4. recent. Rot. decisi. 39. num. 15. & decisi. 178. num. 24. coram Carillo, ac pluries resoluissè videtur Sacra Congregatio Concilii, ut in Romana, se Sorana 28. Martii 1578. in Nullius in Nullius 1583. in Romana 13. Januarii 1618. in Neapolitana 3. Aprilis 1621. & in Carinen. 14. Decembris 1724. cuius Sacra Congregationis resolutiones vivæ vocis oraculo laudavit, & approbavit san. mem. Urban. VIII. ut testatur

staturum. be. Cardinalis Paulinus tunc ipse Sacre Congregationis secretis in eius voto, recensito in libro particulariter dato,
Si quidem quoties ex parte Monachi concurrat iusta, & probabilis ignorantia Nullitatis precedentis eius professionis, & ignorantia, ut hic, orta ex erroneitate fidei Baptismatis, quae quoscumque etiam sagaces Viros decipere valuisse, verior omnino visa est Dominis contraria sententia, nempe non dari hanc tacitam professionem, seu ratificationem, prout etiam magis communiter firmiter tam Theologi, quam Jurisae, & inter primos Cajetan. in Droum Thomam 2. 2. quest. 189. artic. 5. Rodriguez part. 2. summ. cap. 8. nu. 5. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 16. num. 7. & lib. 2. disput. 36. num. 3. lib. 7. disput. 37. num. 59. Bonacin. quest. 2. de claus. par. 10. difficult. 1. num. 3. Suarez de Religione. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 3. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 9. Less. de Iust. & Jur. lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 60. Castropol. tom. 3. tract. 16. disput. 2. punct. 5. num. 3. Portell. dub. Regul. verb. Professio num. 5. Mirand. manual. Prælat. tom. 1. quest. 30. articulo. 3. conclus. unic. Coton. contr. lib. 4. contr. 4. cap. 2. num. 6. a. S. Faust. lib. 5. quest. 251. num. 1. Peyrin. de Prælat. quest. 3. cap. 1. num. 144. Bordon. contr. 32. de ratific. Profess. num. 19. Sanctarell. var. resolut. 48. num. 40. Scro. resol. moral. quest. 8. Calais. de privill. Regul. tract. 4. c. 6. proposit. 7. §. Reclamatio Pistach. de vot. tom. 1. tract. 5. cap. 4. nu. 6. Donat. rer. regular. 10. 2. tractat. 8. qu. 5. num. 2.
Ex secundis Navar. conf. 23. num. 2. conf. 31. num. 4. conf. 89. num. 5. vers. 7. professo de Regular. lib. 3. & in comment. 4. cap. statum de Regul. lib. 3. & in manual. cap. 12. num. 7. Loef. lib. 3. Decretal. tit. 31. num. 39. Ziperius in Analytic. Jur. Pontific. lib. 3. de Regular. num. 25. Pilingh. in Decretal. lib. 3. tit. 31. sectio. §. 9. num. 149. Spad. conf. 93. num. 13. lib. 3. Vermigliol. conf. 484. num. 14. Altrad. conf. 63. num. 67. lib. 2. Gratian. digest. 400. num. 22. Ciarlian. contr. 108. num. 61. Cyriac. contr. 371. num. 2. & quest. 35. num. 6. Delph. contr. 138. num. 22. num. 2. & quest. 35. num. 6. Delph. contr. 138. quest. 17. num. 5. & quest. 23. num. 4. Capon. contr. 14. num. 22. & ibi Episc. Brun. in suo voi. ex. num. 28. & in addit. num. 20. Avendan. de met. lib. 2. cap. 10. nu. 40. Grass. dec. cur. par. 1. lib. 3. de Regular. cap. 5. num. 22. Sperell. decis. 8. num. 30. tom. 1. Camerat. respons. decis. 1. num. 107. Tondut. resol. benef. lib. 1. cap. 78. num. 10. Passer. de stat. hominum. 2. quest. 189. art. 10. inspec. 8. num. 375. & segg. Card. de Luca de reg. disc. 40. sub num. 19. discurs. 42. num. 4. & discurs. 43. num. 14. ac scriptis probavit Rota, ut in decis. 370. numer. 7. & 8. part. 14. recent. decis. 421. num. 8. coram Regis decis. 277. num. 13. coram Vbal. decis. 227. num. 23. coram Priol. Et ingne iussus fuit ipse Faganus alias accerrimus vindex contrarie opinionis, illam suis temporibus fuisse auctoritatibus ferè destitutam ut in dicto cap. significatum numer. 42. vers. atque ex his omnibus.
Prævaluit autem apud Dominos hæc sententia ex tribus potissimum fundamentis. Primo scilicet quia omnes Textus de materia professionis agentes, in casu præexistens professionis expressæ nullæ, loquuntur de illius ratihabitione, seu ratificatione, non autem de nova tacita professione, seu ratificatione independenti à professione expressa, ut videre est in cap. significatum 11. de Regular. ibi post decimum quartum professionem à se prius factam ratam habuerit, in cap. cum Virum 12. eodem tit. ibi præsertim ratihabitione secuta quod antea gestum fuerat, roboratur in cap. sicut tenor 13. eodem tit. in argum. ibi furiosus profiendo non obligatur nisi factus sane mentis ratum habuerit, in cap. 1. in fine de his, quæ vi met. causa, ibi si probatum fuerit non timore mortis præfatam mulierum Religionem intrasse, aut quod fecit postmodum ratum habuisse, & plene, ac magistraliter in cap. 1. de Regul. in 6. in quo Summus Pontifex recenset quinque modos profitendi, primum scilicet per viam expressæ professionis, ibi nisi in completo professione faciat in sequentem, secundam per viam suspensionis habitus professionum, ibi vel habitum Religionis suscipiat, qui dari poteritibus consuevit, tertium per viam expressæ ratificationis antecedentis professionis nullæ, ibi seu professionem à se prius factam ratam expressè habeat, quartum per viam delationis annalis habitus

indistincti, ibi Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanerit, ubi professorem, & Notationem sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse. Quintum denique, qui pertinet ad non nollam per viam tacitæ ratificationis, expressæ professionis nullæ, ibi Vel si quem prius fecerat ratam habuisse videtur. Unde nostrum non est asserere, seu superaddere novam tacitam professionem, seu ratificationem fundatam in sollicitudine professionum, 6 gestis absque scientia Nullitatis prioris professionis expressæ, juxta illud quod lex non dicit, neque nos dicere debemus ad Text. in cap. 11. qui ibi Cum id non sit expressum in Jure, & in leg. dissentientis Cod. de repud. ibi Nulla precessit Juri Constitutio.
Secundo, quia ad inducendam hujusmodi tacitam professionem, seu ratificationem requiritur consensus profitentis, cap. significatum, cap. sicut tenor. & cap. consulti de regular. ilque debet esse omnino certus, & liber, nam agit de subiciendo professum novæ obligationi, contra quam 8 in dubio fieri debet interpretatio, l. Arrianus ff. de oblig. & act. l. quidquid obstringenda ff. de verb. oblig. Unde cum professus ignoret nullitatem suæ professionis, nullo pacto dici potest præbere consensum alteri professionis tacitæ, nam voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Aristotel. lib. 3. de anim. comment. 39. nec quidquam magis contrarium est consensui, quam ignorantia, vel error 10 l. si per errorem ff. de iurisdic. omni. jud. 1. non idcirco C. de Jur. & Fad. ignor. Tantoque certius, quia de Jure profusus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat, ac per consequens tanquam femel valide profatus, non tanquam iterum profersurus, 11 & ad implendam obligationem jam contractam; non autem ad novam contrahendam, ut communiter ad vertunt Doctores supra allegati.
Tertio, quia si præcedens expressa professio subsisteret de jure, nemo plañe diceret, getationem habitus professionum, & alios hujusmodi subseqentes actus fuisse ex parte Profeti directos, & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam professionem, seu ratificationem, siquidem frustra inducitur tacitum, ubi reperitur expressum, ut tradit Bald. in l. cum multa C. de donat. ant. nupt. Arretin. in l. 3. ff. delegat. 1. in his terminis Navar. conf. 89. nu. 4. de Reg. Unde eodem modo dicendum in casu, quo, prout hic, præcedens expressa professio non subsistet de jure, neque iste juris defectus devenit ad noticiam professi, nam eadem semper, & ubique mens est, & intentio profitentis, quæ proinde neutro casu, diverso jure cenleri debet, ad Text. in l. iam hoc jure ff. de vulg. & pupil. Rota in Viterbien. seu Balneariegen. successione 4. Martii 1689. §. secunda coram me. Imò quemadmodum post peractam professionem expressam licet irritam, & nullam, dari non potest casum, quod emittat nova professio expressa saltem juxta sensum, & opinionem professi, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis eius professionis, simili modo, nec dari potest casus tacitæ professionis, seu ratificationis, ne contingat, plus per tacitam mentis operationem fieri, quam potest fieri per expressam contra regulam Text. in cap. scient. de regul. jur. in 6. de quo per Barbof. axiom. 89. nu. 2.
Nec admodum vifa sunt urgete fundamenta contrarium sentientium, non enim relevat, quod duo reperiantur in iure distincti modi profitendi, expressæ scilicet, & tacitæ, quodque professus in actu suæ obligationis, seu promissionis factæ coram Deo, censeatur utriusque sese allegasse, juxta regulam præsumptæ conformationis agentis cum iuribus loquentibus de eo, quod agit. Quoniam id locum habet in suis terminis habilibus, nempe in casu, quo non præcessit expressa Professio nulla, aut si præcessit, professus novit ejus nullitatem, secus autem in casu, quo prout hic, Monachus fuit expressè professus, & ignarus nullitatis suæ professionis, nam cum ex præfatis nullo jure cautum sit, quod in his terminis detur tacita professio, seu ratificatio, quodque plus est, illa ex defectu voluntatis, five consensus dari non possit, nihil desuper operari valet præsumptio conformationis, quæ non procedit ultra terminos, five casus, de quibus jura loquuntur, ut in terminis Statuti tradit Andreol. contravers. 248. n. 8. Rota decis. 1553. num. 9. cor. Pen. & in Aedina Immissionis, & divisionis 26. Junii 1682. §. Statutum Aedie cor. bo. mem. Pauluccio.
Minus officit, quod non omnis ignorantia facti involuntarium, sed dumtaxat ignorantia rei, quam homo

homo nollat, si sciret, quæ à Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus rei, quam quis velle, etiam sciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quasi, quod Monachus postquam per actum professionis expressæ profectum inferiendi Deo in Religione, censeatur in illo perseverare, cum voluntatis mutatio non præsumatur, præsertim quoties, ut hic, agit de meliori bono proficentis. Quoniam ad effectum hujusmodi tacitæ professionis, seu ratificationis non sufficit tollere involuntarium, sed necesse est ponere voluntarium, ut inquit Passerin. de Statu hominum. tom. 3. quest. 189. art. 10. inspec. 8. num. 375. Suarez de Religione. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 21. aliud est enim credere professionem validam, & illam exequi tanquam talem, aliud vero ipsam emittere, seu ratificare de novo; nam actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exsequendi licet admixtam habeat voluntatem, hæc tamen non respicit professionem, sed ejus sequelam; actus autem profectandi, seu ratificandi de novo omnimodo pertinet ad voluntatem, & dicitur novum profectum, sive consensum, 17 quo quis nunc ex integro vult, vel denuo vult, quod olim voluit; ut egregie distinguit Cajetan. in Div. Thom. 2. 2. qu. 89. art. 5. Unde cum pro hac tacitata professione, seu ratificatione requiratur novus consensus, & nova voluntas, in nibilo suffragatur præsumptio continuat onis veteris voluntatis, ut tradit Suarez loco supra cit. num. 3. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quest. 17. numer. 1. Præterea nec absolute videtur defendendum hujusmodi præsumptionem ad effectum de quo agit imponendi Professio perpetuum jugum Religiosæ servitutis, cum in rei veritate sciri non possit, quid tractu temporis acciderit Professo, quod ipsi fuadere voluisset egressum à Religione, si nullitatem ejus professionis civilis set, ut bene observat Passer. ubi supr. nu. 383.
Denique non refragantur resolutiones, ac Decreta Sacre Congregationis Concilii, ut præsertim, Apostolico oraculo roborata. Quia omnia loquuntur in terminis restitutionis in integrum adversus lapsum quinquenni, & 20 signanter in casu, quo vel ignorantia verabatur in facto proprio, contra quam militat Juris præsumptio, ut in Romana 13. Januarii 1618. in qua Nullitas professionis petebatur ex interrupti anni probationis, & in Carnen. 14. Decembris 1624. in qua petebatur ex capite anni probationis non completi, vel agebatur de ignorantia Juris, quæ nemini suffragatur, ut in nullius 13. Januarii 1583. in qua mulier agebat ignorantia Decretum Sacri Concilii Tridentini irritans quascumque professiones emissas ante completum decimum sextum ætatis annum: Vel denuo simpliciter allegabatur ignorantia facti, nullis autem rerum Circumstantiis, five adnuculis fulciebatur, ut in Romana, sex Sorana 28. Maii 1578. & in Neapolitana 3. Aprilis 1621. in quibus Regularis narrabat se profectum ante decimum sextum ætatis annum, & ex sola legali præsumptione ignorantia Nullitatis professionis contendeat refundere onus probandi scientiam in Religione. Et in his, vel similibus terminis videtur intelligendum oraculum san. mem. Urban. VIII. tanquam simpliciter confirmatorum hujusmodi resolutionum, ac Decretorum Sacre Congregationis.
Cæterum quatenus etiam per modum discursus hæc tacita professio subsisteret in Jure, adhuc illa cessat in hypothesi casu nostri. Constat enim, quod Joannes Thomas pro tempore, quo permanit in Religione, semper ostendit animum averium statui Religioso, itaut sepius de hoc ipso conquereretur apud amicos, & familiares, ac pervacante quondam fama suppressionis ejus Religionis, dederit magna signa leticia, quasi tunc ei spes aliqua afflueret evadendi Religiosam disciplinam, ut deponunt plures Testes, & melius docuit successibus eventus, quod scilicet per tot annos nunquam induci potuit ad accipiendos ordines, imo nec ipsammet primam Clericalem Tonfuram, in quibus ordinibus præcipue consistit perfectio Religiosa, cap. insinuante, qui Cleric. vel voten. &c. l. i. que Hostien. num. 3. Butt. num. 10. Prepos. num. 4. Calderin. conf. 11. de Regul. Rota decis. 211. num. 12. part. 13. recent. Posita siquidem hujusmodi animi aversione à statu Religioso, neutquam allegari valet Professio tacita, quæ fundatur in simplici præsumptione Juris, ac per consequens eliditur ex quibuscumque actibus seu declarationibus editis in contrarium, ut tradit Gloss. in cap. tuarum Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

V. signator, & ibi Abb. num. 6. & Dec. num. 32. de Privileg. Innocent. in cap. relatum nu. 3. ibique Hostien. nu. 12. Imol. nu. 12. Joan. And. num. 9. & Butt. num. 25. de his, que vi met. caus. Sylvester in verb. Religio num. 19. Cyriac. que vi met. caus. 371. num. 36. Suarez de Religione. tom. 3. quest. 177. art. 15. in princip. Adde ad Gregor. decis. 385. sub nu. 6. vers. excluditur Rot. decis. 94. num. 4. part. 2. tom. 1. recent. decis. 3. num. 8. post Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 229. num. 3. coram Caril. decis. 552. numer. 18. & coram Vbal. & decis. 9. num. 34. decis. 25. num. 10. coram Arguelles.
Nec quicquam movet, quod unus dumtaxat ex præfatis Testibus præcisè deponat de animi aversione intra tempus tacitæ Professionis, videlicet intra annum immediatè defluxum à die editæ Professionis expressæ, quoniam alii Testes non contrariarunt ejus depositionis, sed dumtaxat indefinite loquuntur de questionibus, & reclamationibus ac per consequens, vel dici debent absolute contestes ex traditis per Hodier. contr. 16. num. 65. Olaf. decis. Pedemout. 99. num. 28. Rot. decis. 191. num. 4. part. 1. divers. & decis. 1369. num. 59. coram Coccin. vel saltem recipiendi sunt pro adnuculo, & conjectura, præsertim in casu, quo, prout hic, agit de facto successivo, & certa est generalis regulatio, five abnuciatio quorumcumque ordinum, itantibus enim tam fortibus adnuculis, & conjecturis, Testis etiam unicus plene probat juxta 24 Theoricam Bald. in l. prima §. idem Cornilio numer. 2. ff. de question. quem secuta est Rota in Leodien. Nullitatis Ordinis Subdiaconatus 10. Januarii 1689. §. Non obstantibus coram me.
Et ita decim fuit utraque Parte acriter informante &c.
Eadem coram eodem.
Lun. 26. Junii 1690.
Non curantibus hodie Petro, & fratribus de Foppa informare contra decisionem editam coram me die 3. Martii proxime elapsi, in qua plene firmatum fuit, constare de Nullitate Professionis emisse per P. Joannem Thomam Foppam in Congregatione Olivetana, Domini de plano steterunt in decis. Nullitas enim Professionis est patens, quia nempe Joannes Thomas natus die 7. Martii 1663. sub erronea fide Baptismatis, præferebat ipsum natum sub die 7. Martii 1665. Professionem fecit sub die 13. Martii 1678. & sic paulò post completam ætatem quindecim annorum, contra Decretum Sacri Concilii Tridentini, disponens, quod nemo admittatur ad regularem Professionem ante completum decimum sextum ætatis annum, ut in session. 25. de regular. cap. 15.
Nec rursus visum fuit subsistere, quod Monachus post emissam professionem expressam nullam, per delationem annualem habitus indistincti, ac exercitum actuum ad professos spectantium, videatur emisisse novam Professionem tacitam, per quam præcludatur illi aditus exeundi de Religione, non obstante ignorantia nullitatis præcedentis Professionis expressæ; quia quando (pro ut hic) ignorantia Monachi iusta, & probabilis circumstantia, deducta ex erroneitate fidei Baptismatis, quæ quoscumque etiam sagaces Viros decipere valuisse, verius omnino visum fuit per præmissa non induci hujusmodi novam tacitam Professionem ex defectu consensus; qui præcisè requiritur ad hunc effectum, nec datur in ignorante, ut plurimum tunc auctoritatibus, sed rationibus firmatum fuit in præterita decisione, quam Domini in omnibus, & per omnia confirmarunt &c.
Eadem coram eodem.
Mer. 5. Julii 1690.

Cum Sacra Congregatio Eminentissimorum Interpretum Sac. Concil. Tridentini exquisierit de Ordine Sanctissimi Vorum hujus nostri Auditorii, nedum super nullitate Professionis P. Jo. Tho. Foppæ, sed etiam quoad expensas factas, & faciendas. Ideo Domini in eadem hodierna relatione Causarum, in qua ordinatur, ut traderem Vorum super nullitate ad formam duarum decisio-

num decipere emanatarum, demandarunt pariter, ut extenderent hanc aliam Breve...

Solum Domini equaliter haberent circa liquidam quantitatem, quam interim, quo maturiori suo...

Eta per rationes deductas in duabus primis supra scriptis decisionibus, est in Voto consistere de Nullitate Professionis P. Jo. Thomae Foppae...

R. P. D. PIO.

Tarentina Fabricae.

Ven. 25 Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac decisione de articulo, an Regulares possint impedire fabricam Monialibus...

SUMMARIUM.

- 1 In proprio solo unusquisque potest usque ad fidem aedificium extollere. 2 Etiam si Vicarius officiator, & licet agatur de praesidio Monasteriorum...

DECISIO III.

Patres Conventus S. Petri Imperialis, ordinis Praedicatorum Tarenti, ut impedimentum praestarent constitutioni Fabricae...

blimioem formam erigendam parare intendunt, Moniales S. Joannis Baptistae Ordinis S. Benedicti ejusdem Civitatis appellarunt...

Assistit siquidem Monialibus notissima sanctio Textus in l. Altius s. Cod. de servis. & aq. per quam uniuersique in proprio solo usque ad Sydera aedificium extollere permittitur...

Neque ad evitendam hanc Juris assensionem Patres praedicti obijcere valens, quod licet agatur de loco publico proindeque limitationem recipiat regula tradita per Text. in l. Altius ad praescriptum & censuram alicuius Text. in l. ff. de quod in loc. pub. Cyriac. cor. 667. n. 28. Mans. conf. 228. n. 8. namque praemisso, quod situs, in quo Fabricam construere nituntur Moniales...

Haud refragante, quod ex nova fabricae constructione obumbrabitur Ecclesia patrum, unde provenire poterit insalubritas aeris ob carentiam ingressus, & egressus ventorum...

lationibus Peritorum eodem Summ. num. 1. ac demum ex deponitionibus Testium Summ. praeterita Informationis num. 2. litter. D. & num. 5. litter. C. Tum etiam quia ex illis nullo modo vetita censetur novi operis aedificatio...

Cessat nihilominus in praecedenti, earumdem Constitutionum dispositio, vel quia non adaptatur ratio finalis, ob quam emanarunt, nimirum obviandi praesidio aliis Regularibus...

Majorem denique animadvertentem non promeruit alterum obiectum petendum ex constitutione Sacrae Palmodiae, ac scandalo, quod fortasse exoriri posset ex allocationibus Monialium cum Patribus...

Dispositio autem Concilii Agaten. obesse non poterit, quia Canon ille adducitur per Gratianum, non ad effectum futuendum, ut in uniuersum vetitum esset aedificare Monialium in Gynobitia per Monachorum Conventus...

Dispositio autem Concilii Agaten. obesse non poterit, quia Canon ille adducitur per Gratianum, non ad effectum futuendum, ut in uniuersum vetitum esset aedificare Monialium in Gynobitia per Monachorum Conventus...

Diana in dissert. de fabr. freq. Mulier. per Sac. hom. open. 10. 12. Miscellan. Sac. fol. 303. col. 1. in princ. Ultra quod Ecclesia fabricanda non habet fenestras ad aspectum, ut ex planta, & sic evanescent excogitatum inconueniens alloquutionum Patrum cum Monialibus.

R. P. D. PRIOLO.

Toletana Nivis.

Mer. 27 Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Privilegiis, & Ordinationibus Principum Laicorum quod Regulares alicuique Personae Ecclesiasticae non ligentur pluribus in locis probat Card. de Luca de Regular. & licet hujusmodi conclusio limitetur quando ordinatio emanata fuit ratione publici boni, attamen intelligitur illud quod alias absque subiectione clericorum obtineri non possit...

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesiastici non ligantur ab ordinationibus & Privilegiis concessis a Principibus laicis. 2 Limitatur quoties accedat bonum publicum cuius ratio clericis remanet subiecti saltem directivae Constitutionibus laicalibus.

DECISIO IV.

Vigore privilegii concessi a glor. me. Philippo IV. Appaltatori nivis illam reponendi, ac vendendi privati, quod ad omnes alias personas tam saeculares, quam Ecclesiasticas in totis Hispaniarum regnis Commorantes...

Causa per appellationem Commissa congruum disputationi dubium hodie propositum, An scilicet, & ad quem effectum liceat Patribus recolligere Nives, Cui DD. rescripserunt licere pro usu proprio tantum.

Prima pars resolutionis nimirum, quod Patribus competat facultas colligendi, liquet ex eo, quod illi, uti personae Ecclesiasticae nullatenus dici valent ligatae a prohibitionis regia resultante ex d. privilegio Appaltatori impartito, obstante Sacror. Canonum dispositione Cap. Ecclesia Sanctae Mariae ibique DD. de Constit. Sac. Conc. Trid. sess. 25.

de reformat. par. 20. & passim DD. quos innumeros cumulat Grass. de effect. Cleric. effect. 2. per tot. & in his præcisè terminis firmat Card. de Luc. de Regal. disc. 46. num. 11. vers. prout, & novissimè Reverendissim. Verulan. observ. ad Statut. Pragm. lib. 4. observ. ad rubr. 64. num. 37. Rota in altera Toletana nups coram Celfo decis. 114. nu. 1 & 2.

Nec dicatur ratione publici boni Clericos remanere subiectos saltem directivè Constitutionibus Laicalibus, quia ad istum effectum non sufficit quodcumque bonum publicum, sed in hoc proposito illud videtur esse dumtaxat, quod aliàs obtinere non posset abique subiectione Clericorum, veluti in Casu delationis armorum, ut post Fagnanum in cap. Ecclesia Sancte Marie de Confit. num. 19. alioque plures advertebat Pignatell. Consult. numer. 16. num. 17. & 18. volum. 9. vel quando inevitabilis urgeret necessitas, cui soli Laici ipsorumque facultates sufficere non valerent, veluti in casu arcendi Hostium in irrationes, vel reparations Murorum, Viarum, vel Pontium, & similibus juxta censuram Text. in cap. non minus de Immunit. Delben. de Immunit. dist. cap. 8. dub. 14. sect. 4. num. 11. Castropal. volum. 2. tract. 17. punct. 9. num. 4 & 5.

Hoc posito Extranei remanent termini publicæ utilitatis in casu nostro, quia Commodum Reipublicæ refutaret præteritum ex præfata prohibitione si comprehenderet Clericos, vel non esset Considerabile ad hunc effectum respectu Conservationis totius corporis prohibiti, vel saltem hæc utilitas consequi potuerit ex prohibitione facta à solis laicis.

Altera pars resolutionis, nempe quod recensita facultas colligendo Nivem, sit restricta ad solum usum Patrum patuit ex eo, quia venditio Nivis est species negotiationis, quæ est à Sac. Canonibus Clericis interdicta, ut constat ex cap. final. de vita & honest. Cleric. cap. ... & cap. Secundum Institut. ne Cleric. vel Monac. Can. 1. & sequentibus distinct. 28. Nat. & consil. 53. num. 12. & 13. Rodoan. de spol. quest. 2. num. 34. & 26. Rot. coram Baratt. decis. 908. num. 7. & in individualibus terminis Nivis ab Ecclesiasticis vendita, quod sit negotio eidem interdicta per Sac. Canones ultra allegatam decis. 114. coram Celfo. nu. 3. firmat etiam Cortiad. decis. 217. volum. 4. num. 10.

Non relevante, quod vendere ea, quæ supersunt non sit negotio, quia tunc venditio acceptoria se habet ad tradita per Passerin. de stat. bon. volum. 2. quest. 187. n. 179. pag. 337. Dian. par. 11. tract. 3. resolut. 10. Rot. in Barchinon. Aromatarie 2. Junii 1690. cor. Eminentissimo Caccia. Siquidem clara est hinc auctoritatis emergit responsio scilicet quod ad effectum vendendi superflua abique vitio negotiationis requiritur bona fides, & quod acceptoria, & non lucri causa, fiat venditio. Hoc autem deficit in casu nostro, quia nix per Patres recollecta est ponderis 600. vulgò inuencipatis arrobas quando solum 600. arrobas pro uti Conventus quolibet Anno sufficiunt. Unde non consequitur, quod repositio Nivis sit magis ex causa venditionis, quam ad usum proprium.

Præterea quia veritatem in rebus ad usum Monasterii comparatis cum notabili impenia putà si ageretur de lateribus ex usu fornacis, vel de piscibus ex usu Cameræ piscariorum, quæ sunt exempla allata per Pass. l. cit., vel sermo habetur in dist. Barchinon. in his namque casibus fuit admissa venditio superflua, quia exuberabat bonas fides, & æquum non erat, quod res prædictæ comparatæ cum pecuniis Monasterii illius damna perirent, ideoque venditio fuit postea permittit ad evitandum damnum, quam ad aliquod lucrum quamvis accidentale consequendum, in Casu verò de quo agitur, nec est considerabile hujusmodi periculum, quia nix pecunia non comparatur, & expensæ pro illa recolligenda optime cum usu compensantur, & ideo si aliqua pars venderetur, ageretur potius de luero captando, quam de damno vitando.

Ad obviandum fraudi ac periculo venditionis Nivium quæ à Patribus clam, & occultè fortasse fiet in posterum in fraudem Appalæ proponere Carolus hujusmodi partitum, ut nec ipse teneretur dare gratis omnem quantitatem Nivis, quia PP. indigerent, relictis tamen econtra per Patres expensis recollectionis, & Conservationis pro rata juxta Consimilem, provisionem, qua usa fuit Rota in Barchinon. Exemptionis 1. Junii 1685. coram Bone mem. Pauluccio impress. post Ramon. volum. 2. decis. 9. &

Sac. Congregatio Immunit. in una Osend. Confirmationis Concordatæ anni 1694.

Sed tale partitum non placuit DD. quia ultra quod usque adhuc non constat, nec consistere potest de aliqua fraude, visum fuit gravandos non esse PP. ad petendum & expectandum Nivem ab Appalatoribus, neque ad contri-buendum expensis longè Majoribus per Appalatoribus faciendis pro conservatione Nivis recolligendæ, ut plurimum, vel saltem in colligenda Nive intra proprium longè remotis, quando ipsi in colligenda Nive intra proprium Claustrum modicis subijciuntur expensis, & maxima fruuntur commoditate pretio certè æstimabili detinendi puteum Nivis intra septa Monasterii.

Non obstantibus auctoritatibus nuper allegatis, quia in iis agebatur de simplici consecutione carniem quæ solutione gabella, quarum valor quocumque erant Ecclesiasticis semper est idem, neque ullum ipsi inferunt præjudicium si cogantur ire ad Macella Civitatis ad obvian-dum fraudibus, at in casu nostro damnum, & incommodum PP. esset nimis evidens, & per consequens non per-mittendum.

Et ita alterum tantum &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Romana Matrimonii.

Luna 4. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Magistralis est decisio super articulo quinam Testes exigantur ad probationem matrimonii, in pro eligendo consensu Mulieris sufficienti natus vel certa & præcisa forma sit præscripta, & demum an matrimonium sit validum si Parochus verba non audierit ut quia ausugit à sponsonum præsentia ad ornatum Disc. II. Cardin. de Luca de Matrimon. & Disc. XXVI. in Adonat. ad Concil.

SUMMARIUM.

1. Constat de matrimonio si Testes affirmant sponsum dixisse accipere mulierem in sponsum, istam autem annuisse cum nubibus.
2. Adversus factum confessum inutiles reputantur discursus & argumenta.
3. Pro probatione contractus, matrimonii sufficientes Testes qui sint testes in substantialibus, licet contrarii in aliis partibus & n. 5. & 10.
4. Exceptiones personales contra Testes deponentes de contractu matrimonii non urgent.
6. Pro probatione matrimonii clandestini exiguntur Testes omni exceptione majores.
7. Declarant non procedat quando matrimonium contractum fuit in præsentia Parochi & Testium, quia tunc non dicitur clandestinum.
8. Declara 2. ut nec procedat quando non concurrunt præjudicium alterius matrimonii.
9. Testes eo magis in causa matrimoniali conciliari debent.
11. Impuberes adversus matrimonium testare non possunt.
12. Ex quibus excludatur probatio negativæ quæ præten-ditur probari adversus probatio nem factam super contractu matrimonii & n. 42.
13. Sententia contra matrimonium nunquam transit in judicatum.
14. Sententia lata in criminali præjudicare non potest iudicio nisi spiritualium matrimonii.
15. Præsertim si per Principem distincta fuerit cognitio validitatis matrimonii à iudicio criminali.
16. In iure nulla apparet præscripta forma præcisa præstati-onis consensus ad essentiam matrimonii, sed requiritur tantummodo consensus explicatus quomodo exprimitur.
17. Ideoque sive explicatus per verba sive per nuptus sufficit etiam in illis Personis quæ loqui valent & num. 18. & 19.

10. Præsertim si nuptus facti fuerint per Mulierem post explicatum consensum per verba à sponso.
11. Etiam si matrimonium contractum non fuerit ad præsentiam Parentum.
22. Doctores tenentes quod consensus in matrimonio probari non possit per signa, & minus rejiciuntur.
23. Et eorum opinio esset admittenda vel in iis terminis in quibus nulla data præordinatione matrimonii tentaretur matrimonialis contractus inter Personas incognitas nullo præcedente tractatu vel amore.
24. Vel in terminis in quibus adsint signa & actus æquivoci à quibus indubitanter Contradentium voluntas desumitur non possit.
25. Ad effectum comprobandi veritatem consensus præstiti in actu matrimonii Judex debet combinare circumstantias antecedentes, & subsequentes.
26. Consensus pro matrimonio comprobatur ex amore præcedenti, colloquiis præliminariis, aliisque quæ describuntur & n. 27.
28. Consensus prædictus pariter comprobatur si Mulier post initam desponsationem licet esset in libertate non reclamaverit.
29. Actum si fassa fuerit Testibus matrimonium absque ulla explanatione violentia.
30. Et eo magis si venient intrare in Conservatorio.
31. Præsumptura deceptio elicta à tenora state nunquam admittitur contra positos probationes consensus in matrimonii contractus determinatis actibus explicati.
32. Ex dispositione Sacri Concilii Tridentini in dispensatione requiritur Parochi præsentia.
33. Matrimonium est validum licet Parochus verba Conjugum non audierit si ipse causam dederit quominus intelligeret vel ex quo aures obturaverit, vel ex quo conclamaverit, vel ex quo fugam à præsentia Conjugum arripuerit vel similia egerit, & num. 36. 37. 38. & 39.
34. Sac. Concilium Tridentinum vult in matrimonio quod Conjuges ad irrogationem Parochi consensum exhibent, sed quando descendit ad matrimonii irrogationem nequaquam repetit Parochi intelligentiam, sed tantum præsentiam.
35. Et propterea cum in irrogatione Concilium non repetit conditionem consensus per Parochum intellecti non censetur volu sub pena irrogationis actus.
40. Rejiciuntur Doctores tenentes quod si Parochus data opera noluerit verba Conjugum consensum in matrimonii indicantia audire ad huc matrimonium sit nullum.
41. Inter duas fides prima semper attenditur.

DECISIO V.

Conventibus in eadem Domo Gregorii Pharmacopolæ Franciscus, & Helena: ea ut inibi post Genitoris manes penes Aviam Gregorio jugatam educaretur; ille vero, ut pharmacum addiceret, mutuo invicem amore accensi, postquam varia de Matrimonio ineundo pro spatio mensis, & ultra colloquia habuerunt, rem tandem solidius terminare conventi, & composito indicta die 9. Novembris anni 1691. in qua tam Gregorius Proviticus, quam Uxor Avia à Domo diverterant, Franciscus paratæ curam in atrio familie Burgheforum, quod Mulieris mansionibus contiguum erat, & Helena, sumpta veste oloferica, eaque sub brachium gestata, subrahens fæcillidè oculis Proaviam, in veste familiari, vulgò Ovata, descendit in atrium: ibique ambo Currum consensu, transverbi fuerunt ad Ecclesiam S. Iyonis utriusque Parochialem; in qua Mulier induta veste oloferica, propè Confessionarium perrexit, & Franciscus ad Sacriam, ut accessit Parochum, prætextu audiendi Confessionem Sacramentalem; quo pervento, cum Helena spontè surrexit, & Franciscus se illi obviam fecerit una cum Puella, ac in duorum Testium præsentia, verba hæc proulerit Sate per Testimonii che io piglio per mia legitima sposa la Signora Elena Lucrezia Antonini, Parochus indignatus, elataque voce exclamans, abique mora terga revolvit, non expectato, seu non audito Helena reponso; Licet illa, ad dictum unius ex Testibus Matrimonialis, capite annuens, consensus explicaverit per verbum Io ancora, Et juxta alterius, verba proulerit, quæ ob clamor Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

rem Parochi distinguere nequivit, concomitata tamen signo capitis annuivo Che la detta Giovanna inchino la testa con il segno di sì: cumque subinde Franciscus, ad dictamen alterius ex Testibus Matrimonialis, in carula Parochi exhibuerit notata Nomina Francisci, & Helena cum qualitate Sponsonum, his peractis ambo ad Currum reverti, fecerunt ad Ecclesiam S. Nicolai de Tolentino ad Capita Domorum, ibique rheda dimissa Franciscus Helenam reliquit in Ecclesia per horam, & ultra, ut domum perquireret ad habitandum, quæ expectato Sponsi rediit, concorditer cum eo se recedit in quamdam domum à Sponso paratam, ubi Matrimonii muneribus spatio dierum quindecim solutus, tandem, quia in hoc temporis intervallo rei gesta: notitia per Parochum delata extiterat ad Curiam Ecclesiasticam, fueratque ulterius porrecta à Provtrico in eodem Tribunali querela criminalis contra Sponsum, uti præsentum Raptores, provido consilio, Puella collocata in quodam Conservatorio, ubi post tres menses circiter, explorata ejus voluntate, quæ firmiter asseruerit se subduclam, doloque delectam à Francisco, nec unquam prætenso Matrimonio contractu assensum præbuisset, hujus depositionis fomento in Tribunali Eminentissimi Vicarii, Frapiscus in contumacia damnatus fuit ad Tirremis per quinquennium juxta Documenta hodie allata in sum. Sponsi à nu. 2. ad 7. à quibus præmissa facti veris verificatur omnino conformi facto ipso disputato in Sac. Congregatione Concilii, quod in nostro Auditorio exhibitum fuit à Defensoribus Sponsi cum memoriali porrecto sub die 7. Januarii præteriti destinatione Rotæ.

Quia vero, non obstante sententia Criminali, Sponfus obtinuit per tria uniformia Decreta R. P. D. Auditoris Sanctissimi data in ejus sum. nu. 4. firma remanente pena cognitionem Validitatis Matrimonii tum remitti ad Sacram Congregationem Concilii, hinc infaturata apud eam controvertia, & ad normam Rescripti proditi sub die 24. Aprilis 1694. coadiuvit probationibus, Causa cum illis reposita diebus 2. Junii, & 28. Julii anni 1696. Franciscus bina obtinuit favorabilia Rescripta Confessæ de Validitate Matrimonii; quibus, cum non acquiesceret Puella, & novam audientiam perierit, ac obtinuerit, reintegrato iterum Causæ examine sub die 32. Septembris ejusdem Anni, quia ob votorum paritatem resolutio dilatata fuit, & Pars succumbens tunc necesse postulabat à supremo illo Senatu ut dignaretur votum nostri Auditorii exquirere, quia subinde etiam Franciscus, licet favorabilibus Decretis suffultus, eandem instantiam proposuit in Congregatione habita die 27. Novembris 1696. Eminentissimi PP. ad complacendum utriusque Patris concordii petitioni, benignè rescribere decreverunt Exquirere ad usum votum Rotæ. Quapropter mihi de more commissio delegata, ac subscripto proportionato dubio An constet de Validitate Matrimonii, ejusque proportione pro holderna Audientia destinata cum rescripto edito sub die 7. Januarii præteriti, etiam cum ordine preventivæ communicationis, & distributionis Informationum, & Responsum, in controvertia maturius pertractari valeret, omnibus juxta precepta adimpletis, hodie DD. consulti super prænotato dubio; qui cum sedulo pensatis documentis, quæ utrinque proponebantur, concurrere crediderunt ad Validitatem Matrimonii, tam consensum utriusque Contrahentis, quam Parochi præsentiam ad tramites requisitos à Sacrosancta Tridentina Synodo ad tramites requisitos à Sacrosancta Tridentina Synodo in cap. 1. sess. 24. de Reformat. matr. convenerunt responso Confessæ de Validitate Matrimonii.

De Consensu siquidem Francisci Sponsi, cum nulla occurreret dubitatio, totum questionis pondus versabatur in puncto Consensus Helena, quem tamen modo sufficienti præstitum fuisse liquebat, ex contextuali depositione Testium Matrimonialium concordium in signo affirmativo, quod Helena explevit respondendo Consensui explicato à Francisco per ea facta signata verba Sate per Testimonii, come io piglio per moglie questa Signora Dum Petrus Rotundus primus ex illis referit incontrovertibile Signum cõsensus verbis concomitatum La medesima con fare un cenno con la testa di sì, disse, & io ancora & Dominicus Brogius Secundus Testis, referendo in consulo verba, quæ ob clamorem à Parocho excitatum, distinctè intelligere nequivit, testatus, ubi La detta Giovanna disse nõ nõ che parole, che io nõ lo potei sentire, perché il Parocho cominciò à frepitare, & uscire dal Con-